

Band XI., Nr. N5603, Seite 484-485

Propst Hermann und Konvent von Weißenau beurkunden die Beilegung ihres Streits mit drei Brüdern genannt Coler wegen einer Wiese im Onrieth.

Ohne Ortsangabe, 1253. Juni 18.

Universis Christi fidelibus presens scriptum de cetero audituris frater Hermannus prepositus in Augia sancti Petri totusque eiusdem ecclesie conventus rei geste notitiam. Notum facimus universis et singulis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos emimus quoddam pratum in Önrieth¹ pro duobus fratribus Eber. et Ūl. nominati[s] extra Tobel² pro XI libris et proprietatem huius predii recepimus a serenissimo domino Hain. rege, a quo dicti fratres infeudati erant predio nominato. Elapsis autem fere viginti septem annis surrexerunt tres fratres dicti Colær dicentes hoc idem pratum pro feudo eis concessum a duobus fratribus nominatis et ideo nostram ecclesiam inpetebant. Super qua lite dies et locus utrique parti est assignatus in civitate videlicet Altdorf in ecclesia inferiori. Cum autem ibidem convenissemus talis facta est composito, quod nos iussi sumus dare XXX solidos et dominus Eber. extra Tobel X solidos tribus fratribus nominatis ea tamen condicione, quod ipsi accedentes renuntiaverunt omni iuri suo quod videbantur habere in prato sepius nominato. Habebant etiam adhuc unum fratrem qui tunc non erat in partibus istis, de quo fratre promittebant, quod nostram ecclesiam ab illius inpetitione totaliter liberarent et quod ab eo nunquam dampnum aliquod pateremur. Super quo dederunt nobis fidei iussores Heinricum, Cûnradam, Burcardum dictos Colær, Herman. Burcar. Cûnra. dictos Spæhen, Heinri. dictum Ymenner, quod de cetero nos non inpetent et a fratre suo penitus liberarent.

 Acta sunt autem hec anno domini MCCLIII., octava decima die Junii, in die sanctorum Marci et Marcelli^a. Testes vero sunt hii: dominus Cûn. et dominus Jacobus sacerdotes, Heinricus de Oberhoven, Herman. de Rorgemos, Cûno de Wagenbach, Fridericus dictus Gerster et dominus Jacobus milites, Bruno minister, Cûnradius dictus Trolle, Heinricus dictus Huntbize, Fridericus Fritel, Ūl. Fritel, Sturme et alii qnam plures omnia hec videntes. Et ne aliquis in posterum nostram ecclesiam valeat infestare, Bruno minister de Ravensburc suo sigillo precepit presentem cedulam communiri.

^aSo die Vorlage, statt des gewöhnlichen *Marcelliani*.

¹*Ounrieth*, das Föhrenried am Bampfen, Stadt Weingarten.

²Groß- oder Kleintobel.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Rundes Siegel des Ammans Bruno von Ravensburg mit dem Stadtwappen eingenäht:

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Prag, Archiv des Nationalmuseums

Signatur/Titel des Originals:

SM 6

Überlieferung und Textkritik:

Fotokopie: HStA Stuttgart B 523 Bü 217. Foto-Nr. H-F-Film 122, Nr. 8 und 9 (Urkunde), H-F-Film 139, Nr. 3 und 4 (Siegel).

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Hermann; Propst von Weißenau Weißenau; Konvent

Ortsindex:

Großtobel, Berg, RV, A
 Kleintobel Wohnplatz (19237)
 Kleintobel, Berg, RV
 Oberhofen Wohnplatz (20109)
 Oberhofen, Ravensburg, RV
 Oberwagenbach Wohnplatz (19362)
 Oberwagenbach, Bodnegg, RV
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Rolgenmoos Wohnplatz (20962)
 Rolgenmoos, Horgenzell, RV
 Weingarten RV
 Weingarten Gemeinde (20557)
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV